



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. II. Quæstio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Purgationes sunt arbitrariæ, c. inquisitionis 21. extr. de accusat. c. significasti. extr. de adulter.

præstari. Innocent. in cap. cum dilectis. 15. X. de purgat. Canon.

VII.

Purgatio non legitime præstita debet iterum.

Innocentiam defuncti heres purgare potest. l. 22. pr. ff. de jure fisci.

FINIS LIBRI DECIMI QUARTI.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

CAP. I.

Quærere, Quæsitio.

Axioma I.



Inquisitio rei furtivæ non facile concedenda in ædibus non diffamatis. Brunnem. ad l. 2. C. quando & quib. quarta l. 2. C. de alim. pupill. præstand.

Limita: ut etiam tunc, si adsint probabilia indicia & publica utilitas id exigat, inquisitio non nisi autoritate publicâ fieri possit, arg. l. 13. de offic. Præsid. Theodor. in Colleg. Crimin. cap. 2. thes. 2. lit. A.

II.

In alieno fundo nihil licet scrutari, e. gr. thesaurum. l. un. in fin. C. de thesaur. Excipe Metallifodinas etiam invito domino. Brunnem. ad l. 3. C. de Metallar.

CAP. II.

Quæstio.

Axioma I.

Omnis quæstio est de casu dubio, arg. l. quod Labeo 9. ff. de Carb. edit. Bocer. de investit. feud. cap. 5. n. 77. p. 563. quod si nulla adlit dubitandi ratio, vocatur quæstio domitiana, cujus stulta est dubitatio. l. 27. ff. qui testam. fac. poss.

II.

Quæstio juris probationem non requirit, cap. sape 44. extr. de appellat. à qua quæstionem facti differre, patet ex eo, quod ista facilius quàm hæc queat expediri, quia jus certum & finitum est, l. 2. de jur. & facti. ignor. ut certa dari responsio possit, cap. de muliere 6. extr. de sponsalib. nec ullis externis probationibus testium vel instrumentorum indiget: hæc autem non nisi productis testibus vel prolatis instrumentis definiri possit. Adde, iudiciis datis, de facto consulentibus Præsides (vel Magistratus alios) qui eos dederunt, consilium non impertiri: quandoquidem nec possunt, quia quæstiones facti in iudicium arbitrio & æstimatione sunt: At de jure consulentibus respondere & consilium impertiri solent Jurisconsulti vel Præsides (quibus Jurisconsulti semper assident, inde assessores etiam dicuntur) vel Principes (qui inde & se Jurisconsultos dici affectant l. ult. C. de Legibus.) Hi inquam omnibus de jure consulentibus respondere so-

lent. l. eum, quem temerè 79. §. 1. de iudic. l. pen. ad Leg. Fabiam. de plagiar. l. 1. §. sed non utiq. 3. ad Scium Turpill. l. ordine 15. ad municipal. l. voluntatis defuncti q. 7. (quæ est facti quæstio, quæ in æstimatione iudicis est) Cod. de fideicommiss. Vid. Cujac. in Comment. ad d. cap. sape contingit 44. de appellat. Rebuff. ad l. iudex offic. 10. de his, qui sui vel alien. jur.

CAP. III.

Quæsitum Jus.

Axioma I.

Quæsitum jus difficilius admittit & remittitur, quàm quærendum, l. 6. in princ. quæ in fraud. credit. Gail. 2. observ. 142. n. 15. Moller. 2. semestr. 6. num. 3. Musculus de success. convent. class. 1. membr. 2. conclus. 5. lit. c. num. 203. vide sup. lit. l. cap. Jus neque per principem summum ex plenitudine potestatis auferri potest. Mev. consil. 49. n. 18.

II.

Quæsitum Jus per acquirentem primum in quovis successore reviviscit. Mev. consil. 38. n. 7.

CAP. IV.

Qualitas.

Axioma I.

Qualitatibus pluribus concurrentibus ab ea, quæ potentior est, denominatio fieri debet, l. cum diversis 44. ff. de relig. & sumpt. fun. cap. quod in dubiis 3. extr. de consecr. Eccl. sal. in l. imperium. num. 3. ff. de iurisdic. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 3. num. 58. idem si ex pluribus qualitatibus resultaret diversus effectus, tunc dignior & potior qualitas attendenda erit; Sebast. Sapia ad l. Imperium. n. 3. ff. de iurisdic. Jason. consil. 64. vers. quinto. lib. 3. Victor disp. de caus. exempt. Imper. concl. 30.

II.

Qualitates contrariæ uni eademq; rei attribui non possunt, l. eum qui 23. ff. de usucap. Montan. in tract. fin. reg. cap. 80. n. 1. 2. 3. per l. via constitui 23. §. pen. & ult. ff. de servit. rust. præd. l. uxorem 41. §. legaverit 6. ff. de legat. 3. Bart. in l. si quando. num. 9. & seq. C. de bon. vacant. propter contrariam contrariorum affectionem, l. Melius 30. ff. pro soc. l. 1. C. de furi. Goedd. ad l. 8. ff. de V. S. n. 5. vid. sup. lit. C. 6. Contrarium.

III.